



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

Ex cibus non transit in virtutem nature. capitulum. lxxviiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



# Euangelica

Omnesq; manibus manducare dicebat. Quare discipuli tui transgreduntur traditiones seniorum. Et respondit Iesus. Quare vos transgredimini mandata domini propter traditionem vestram. Nam deus dicit. Honora patrem tuum et matrem tuam. Quod non nisi pro reverentia dictum est. Verum etiam pro necessitate obsequijs exhibendis. Hi pharisaei impietate sub nomine pietatis docebat. dicentes filios melius facere si deo vero patri vouerit quam parentibus offerenda erant instructes eos quod parentibus egenis responderet. O pater: corban quod est ex me tibi. proderit Corban est munus votuum quod dicitur. Quod vouit deo: vis tibi prodesse. Absit. Et conuocatis ad se turbis ait illis. Non quod intrat in os coinnat hominem. intellige apud deum. sed quod procedit ex ore. Primum intelligit de ore carnis secundum de ore cordis. Nam et vomitus inquit hominem. Unde et quodam libri habent. sed quod procedit ex corde. Quare ergo idolochibus et his qui furciosa sunt et rapta non uescimur pro scandalo uiscando. Libus enim in se mundus est. Et dixerunt ei discipuli. Scis quod pharisaei audito hoc verbo scandalizantur. scilicet uel scandalon offendiculum pedis. uel ipaz ruina dicitur. Et respondit. Sint te illos: ceci sunt et duces cecorum. Non enim a ueritate pro scandalo recedendum est.

Quibus non transit in uirtute nature.

Capitulum LXXXVIII.

## Quinque intrasset

Iesus domum ait petrus. Ediffere nobis pabola ista. Et respondit. Non intelligis quod os intrat uadit in uentre: et in secessum emittit. Nilhil ei de cibis transit in uirtute nature quam resurgit.

dicunt heretici dum idiotam fuisse et phisicam ignorasse. quia plures cibi pro artus et uenas et medullas et uenas fundunt. quod probat per eos qui iugum uolunt habere super cibo et tamen corpulentissimi sunt: sicut glibet humorum purgatio secessio dicitur per. Dicitur heretici dum idiotam fuisse et phisicam ignorasse. quia plures cibi pro artus et uenas et medullas et uenas fundunt. quod probat per eos qui iugum uolunt habere super cibo et tamen corpulentissimi sunt: sicut glibet humorum purgatio secessio dicitur per.

De muliere chananea. Ca. LXXXIX.

## Urgens inde ierusalem

Iesus abiit in fines tyri et sidonum. Et rogabat eum mulier gentilis chanaanica syrophoenissa genere pro filia sua quam malea demonio vexabatur.

Chananeus quondam iudea incoluerat sed post dispersi sunt. Et hac dispersione erat mulier ista ex syris et phoenicibus orta. Qui dam tamen dicunt tyrophenissa. quod sic phoenissa erat quod tyria sic et dido fuit. hoc nomine indicantes regiones mulierum et patriam. Iesus autem non respondit ei quibus ne sibi intraret uideretur quod dixerat. In uia gentium ne abieris. pro quod cum intraret discipuli respondit. Non sum missus nisi ad oues qui perierunt domus israel. At illa uenit et adorauit: et ait. Domine adiuua me. Cui domus non. Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus ad manducandum. Hebreorum more gentiles canes dicitur. quod edebat sanguinem ut canes. Et est sensus. Ueni curare israel pro mogenitum et nondum gentes. Cui illa. Etiam domine. Nam et canes edunt de micis qui cadunt de mensa dominorum suorum. quod dicitur. Uerum est quod dicitis. Fac ergo mihi quod sit canibus. modicum panis tui impartire mihi. Et Iesus commendans fidem mulieris ait. Fiat tibi sicut vis. et statim sanata est filia eius.

De surdo et muto. Ca. LXXXX.

## Iterum exiit de

finitibus tyri et uenit ad mare galilee inter medios fines decapoleos. et uenit ad illam locum maris: cuius regione contra posita erat decapolis. et regio decem uicibus circa caPELLA et gadara contra galileam. Et adducunt ei surdum et mutum. Et posuit digitos in auricula eius et ait. Effeta. quod est adapere. Et ad eius imperium adaperse sunt aures eius et soluta est lingua illius.

De probatica piscina.

Capitulum LXXXI.

## Ist hoc erat festus

diebus dies indeorum. Non determinat